Non sic unum dm̄ quasi solitarium nec eundem qui ipse sibi
pater sit / ipse & filius / sed patrem uerū qui genuit filium uerū
ut est ds̄ de dō / lumen de lumine / uita ex uita perfectum de perfecto / totū
a toto plenum a pleno / non creatum sed genitum non ex nihilo / sed ex patre /
unius substantiae cum patre ; Spm̄ uero scm̄ dm̄ non ingenitum neque
genitum / non creatum nec factum / sed patris & filii / semper in patre &
filio coaeternum ueneramur ; unum tamen dm̄ quia ex uno patre totū
quod patris est ds̄ / natus est filius & in patre totum quod inest totum
genuit in filium / pater filium generans non minuit / nec amisit ple
plenitudinis suae deitatem ; totū autem quod ds̄ pater est id esse
& filium ab eo natum certissime tenentes cum spū scō unum dm̄ piissi
me confitemur ; Credimus ihm̄ xpm̄ dm̄ nostrum dī filium per quē
om̄ facta sunt quae in caelis & in terra uisibilia & inuisibilia ;
Propter nostram salutem discendisse de celo qui numquam desie
rit esse in caelo / & natum de spū scō ex mariae uirgine uerbū caro
factum / non amisit quod fuerat / sed cepit esse quod non erat / non de
mutatum sed dm̄ permanentē etiam hominem natum / non putatiue
sed uere / non aereum / sed corporeum / non fantasium sed carneum ;
Ossa sanguinem sensum & animam habentem / ita uerum hominem uiue
rum dm̄ / unum eundemq; uerum hominem & uerum dm̄ intellegimus
ita ut uerum dm̄ / uerum hominem fuisse nullo modo ambigemus confi
tendum ; hunc eundem dm̄ nostrum ihm̄ xpm̄ adimplesse legem
& prophetas ; passum sub pontio pilato crucifixum secundum scriptu
ras / tertia die a mortuis resurrexisse adsumptum in caelis sedere
ad dexteram patris ; inde uenturum iudicare uiuos & mortuos ex
spectamus in huius mortem & sanguinem emundatos remissionem
peccatorum consecutos resuscitandos nos ab eo in his corporibus & in
eadem carne qua natus & passus & mortuus & resurrexit ; et animas
cum hac carne uel corpora nostra accepturus ab eo aut uitam aeternam
praemium boni meriti aut sententiā pro peccatis aeterni supplitii ; EXPL̄

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc276/0164